



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amor superfluus fugie[n]dus est p[ro]pter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Quarto, quia amor mundi suos amatores immundos facit. Pro ut hoc ex Ecclesiastici uerbis haberi per quamdam similitudinem potest, cum dicitur.

Ecc. 12 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Vnde Augustinus dicit. Si

Auguf. te delectat hic mundus, spernis te esse mundum, si autem iam te non delectat hic mundus, iam tu es mundus, si autem fueris mundus, non

Ecc. 3. remanebis in mundo. Quinto, quia qui amat mundum, amat periculum, & qui amat periculum

Auguf. in illo peribit. Vnde Augustinus dicit. Ama seculum & absorbebit te, amatores suos uorare nouit, non portare. Mundus est fornax babilonica igne succensa.

Bern. Domus ardet (inquit D. Bernardus) & ignis instat a tergo, & tu mones non egredi, uel iam egressum regredi.

Amor superfluus fugiendus est propter tria.

PRimo. Quia superfluus amor est radix multorum malorum. quem amorem in hominibus

hujus mundi insinuans dicebat ad
 Thimotheum. Erunt homines se-
 ipsos amantes, cupidi, elati, su-
 perbi, blaphemi &c. Usque ad id,
 & hos deuota. Malorum causa est
 amor sui, & radix, & fons. Secun-
 do quia hominem excecatur, adeo
 ut non uideat seipsum, nec cogno-
 scat. Vnde Bernardus dicit, amor
 melodium ueritatis nescit iudiciu.
 Et Gregorius. Vehementer clau-
 dit oculum amor priuatus. Ex quo
 fit, ut quod nos agimus, graue ef-
 se non existimemus, & plerunque
 quod agitur a proximo nimis no-
 bis detestabile esse uideatur. Sed
 quare hoc? Nisi quia nec nos sicut
 proximum, nec proximum sicut
 nos conspiciamus. Si autem nos si-
 cut proximum aspiceremus, nostra
 reprehensibilia districtè uidere -
 mus, & rursus si proximum aspice-
 remus ut nos, nunquam nobis eius
 actio intollerabilis appareret. Ter-
 tio fugiendus est, quia qui amat
 se, perdet se. Qui amat animam
 suam (dicebat seruat or noster) per-
 det eam. Animam amare (dicit Chri-
 stostomus) est animæ inconuenien-
 tia facere. Vnde dicit Ecclesiasti-
 cus. Si præstes animæ tuæ concu-
 piscencias eius, faciet te in gau-

2. Ti. 3.
 Bern.
 Grego.
 Ioan. 12
 Chri-
 Ecc. 18
 3. 3. 2



CHRISTIANA

Auguf. dium inimicis tuis . Et Auguftinus inquit. Si perit homo amando fe, profecto inuenitur negando fe. Diſce ergo amare te non amando te.

Amatur aliquis à Deo quatuor rationibus.

Pro, 22 **P**rima. Propter munditiam. Sicut in prouerbiis legitur. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. Similiter in canticis canticorum habemus. **Cant, 2.** Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia, id est, puritate qua Deus ipse delectatur. Secundo, propter humilitatem. Vnde **Esa, 66.** Esaias dicebat. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Apud nanque dominum non est quicquam humilitate sublimius. Tertio, propter dilectionem. Diligit dominus diligentes se, sicuti in Prouerbiis legitur. **Pro, 8.** Ego diligentes me diligo. Quarto, propter libertatem, quæ multum assimilat deo, qui ex libertate fecit, quicquid fecit. Vnde Paulus dicebat. Hilarem dactorem diligit Deus. **1. Co, 8.** Quicquid igitur boni